

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Curiositas h
cum fonte primo

Demonum cibus est carmina poetarum,
secularis sciencia, rethoricorum pompa uerborum.

Nulla ibi saturitas ueritatis, nulla iusticie refectio reperitur;
studiosi earum in fame ueri et uirtutum penuria perseuerant.

Ieronymus in epistola de duobus filiis.

daemonum cibus est carmina poetarum,
saecularis sapientia, rethoricorum pompa uerborum.
haec sua omnes suauitate delectant et,
dum aures uersibus dulci modulatione currentibus capiunt,
animam quoque penetrant et pectoris interna deuinciunt.
uerum ubi cum summo studio fuerint ac labore perfecta,
nihil aliud nisi inanem sonum
et sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt:
nulla ibi saturitas ueritatis, nulla iusticiae refectio repperitur.
studiosi earum in fame ueri, in uirtutum penuria perseuerant.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 21.13.4
(CSEL 54, I. Hilberg ed., p.122, ll.5-13).